

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2886

Auteur(s) : Lucius III [pape]

Bénéficiaire(s) : Saint-Hymer, Saint-Hymer-en-Auge, dépendance Le Bec (prieuré)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1182, 18 juin

Lieu d'émission : Rome

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Bulle du pape Lucius III qui approuve l'établissement des religieux du Bec a Saint-Ymer et confirme les donations faites au prieuré.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° X, p. 12-16.

Texte établi d'après a

Lucius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori ecclesie sancti Ymerii, ejusdem fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, salutem et apostolicam benedictionem. Religiosam vitam eligentibus, etc.

Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præsentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum in quo monasterium vestrum situm est ex dono Hugonis de Monteforti cum omnibus pertineantiis suis, scilicet cum capella sanctæ Mariæ in villa sancti Ymerii et cum capella sancti Michaelis apud Pontem Episcopi, et cum decimationibus molendinorum de Cornevilla et aliorum nemorum et forestarum et piscariarum et vivariorum et caseorum et virgultorum et omnium quæ decimari debent de honore de Monteforti in Northmannia et Anglia.

Et in Anglia, ecclesias de Brandeburna et de Tiltentona et de Esbrugge cum omnibus pertinentiis suis, et nominatim decimis piscium de Heea et unam domum apud Heeam, sicut donatorum chartæ testantur. Ex dono Hugonis, filii Gilleberti de Gant, partem illam sylvæ quæ vocatur nemus Heroldi et vallis Corvi, et virgultum quod fuit Ricardo Porée in Perrefita, et decimas de salinis et nundinis de Ponte-Episcopi et de valle Aneræ, sicut ejus carta testatur. Ex dono illustris Henrici, Anglorum regis, capellam de Bello Loco, cum decimis et omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willermi de Perrefita, assensu uxoris suæ et filiorum suorum et Hugonis de Monteforti, domini sui, decimam de Mortua-Aqua et de omnibus molendinis suis sicut in ejus carta continetur. Ex dono Roberti Mauviel, assensu uxoris et filiorum suorum, virgultum et terram et boscum quæ tenebat de eo Hebertus, clericus, et boscum de Quarrerria et hortum unum juxta fontem sancti Ymerii ; et in Ferra-villa unum hortum et unam acram terræ. Ex dono Hugonis, prepositi de Torta-Quercu tres acras terræ in eadem villa. Ex dono Willermi Furtel, apud Magnamvillam unum vavassorem reddentem decem solidos cum pertinentiis suis. Ex dono Roberti de Monteforti

pasturam et terram de Monte supra domum Hugonis Peissun ; e taquam et piscariam de Ivea ; et gardinum quod fuit Willelmi, presbiteri ; et decimam novi molendini et molendini fulleretii. Ex dono Heliæ de Baillolio terram apud Tortam-Quercum in essartis forestæ ; et unam salinam in Tolcam, concessu domini sui Roberti de Monteforti. Ex dono Walteri Pipart terram de Guiffosse quam Hugo de Monteforti ei dederat pro servitio ejus. Ex dono Oliverii de Albineo, unum vavassorem reddentem quinque solidos cum regardis et omnibus pertinentiis suis. Ex dono Albredæ de Tilio et Roberti filii ejus, tertium partem decimæ molendini de Pierrefitta cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Willermi de Bettevilla, decimam molendini sui in eadem villa, et terram quam eis dedit apud Sanctum Ymerium juxta forestam sicut in authenticis scriptis singulorem donatorum continetur. Sane novalium vestrorum quos propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, ullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis, etc.

Datum Romæ per manum Hugonis sanctæ romanæ Ecclesiæ notarii, XIV kalendas julii. Indictione IX. Incartionis Dominicæ anno M.C.LXXXII. Pontificatus vero Domini Lucii tertii, anno secundo.